

4315.

1348 April 25.

Rangvald i Aby öfverlåter med full rätt till Linköpings kyrkas syssloman Sune Petersson  $\frac{1}{4}$  åtting i byn Lunds skog.

Registr. eccl. Lincopens. perg. fol. 78 v.

Omnibus presens scriptum cernentibus Rangwaldus in Aby salutem in Domino sempiternam. Nouerint vniuersi me discreto viro domino Sunoni Petri yconomio ecclesie Lincopensis quartam partem attungi in silua ville Lund plenam in terra et arboribus extra sepes agri et prati ab antiquo assumtorum ab habitatione siue curia Botolphi Bisason, ville predictae incole, legaliter habitam et receptam in possessionem pacificam pleno jure per festas legales totaliter dimississe per testes huius facti et fæstomæn Ærlendum in Boghastene et Ingonem in Aby viros discretos, ne vnquam poterit in perpetuum impediri. In cuius rei euidenciam sigillum meum presentibus est appensum anno Domini millesimo cccxlviij<sup>1)</sup> die beati Marci Ewangeliste.

Öfverskrift: Super iiii parte attongi in silua ville lundh.

Allmän öfverskrift: [de] bonis ecclesie.

4316.

1348 April 25.

Söderköping.

Sven guldsmed i Söderköping och hans hustru gifva till Alvastra kloster  $\frac{1}{2}$  åtting i Husaby i Skinberga (Skönberga) s:n med sin son Olof med förbehåll att han ej lemnar klostret före invigningen.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

[Omni]bus presens scriptum cernentibus Sueno aurifaber et vxor sua Wnna... [S]udhercopenses salutem in Domino sempiternam. Nouerint tam posterquam mo[derni n]os monasterio Aluastrom dimidium attongum terre cum domibus . . . . . pertinenciis infra sepes et extra, nullis penitus exceptis, situatum in [Hu]saby, parochie Skinberghæ pro dilecto filio nostro Olauo in eodem [monaste]rio mansionem habituro cum omni legum justicia veraciter dedisse et [ass]ignasse hac donacione perpetualiter duratura, nisi eundem filium nostrum . . . . ante professionem, quod absit, exire contingat, quo facto dictum pre[dium ad] pristinos redeat possessores. In cuius rei testimonium sigilla virorum pro . . . . Ilonis, qui huius facti firmarius, dictus faste, fuit, Johannis Swartsson et dilecti . . . . Alberti vna cum proprio presentibus petiuimus appendenda. Datum Sudhercopie ann[o Domini] m<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup>x<sup>o</sup>lvij die beati Marchi ewangeliste.

På baksidan: de Husaby in parochia Skinberg.

Sigillen borta.

Främre delen af brevet är bortrifven; det öfriga skadadt af fukt.

<sup>1)</sup> I afskr. står: millesimo ccc l xl viii.